



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Chæremoni Diacono. 39.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

quæ officij ratio postulat, faciant. Plerique enim (nec verò ne quisquam iracundia commotum hæc dicere arbitretur) non secus ac si nec iudicium futurum sit, nec providentiæ vlla rebus præsit, atque humanas actiones conspiciat, velut in densissimis noctis tenebris ea faciunt, quæ faciunt. At verò dubium & controuersum dogma, quâuis probabilitate carens, permultos tamen expugnat. Etenim optimam quidem & accuratam viuendi rationem contempnunt ac pro nihilo ducunt: linguam autem supra quàm par sit, acuunt. Ac temperantiam quidem nihil omnino curant: de increata aurem materia, nonnullisque aliis nugantur, quæ nec cognita magnū aliquod ad virtutem adiumentum afferunt, nec ignorata, eos, qui in his rebus haudquam eruditi sunt, detrimento vlllo afficiunt. Primùm igitur discant, iudicij dogma, quod & apud nos, & apud illos, extra controuersiam est, discutere, ac rectam vitam amplecti. Absurdissimum enim est illud, de quo inter utrosque conuenit, taceret: ea autem, de quibus inter se dissenserunt, sursum deorsumque iactare, ac de iis perpetuò garrere.

Seveno. 38.

In publicis & grauissimis malis commiserationi locus non est. Omnes enim priuatas calamitates deplorantes, nō tantum otij habent, vt ipsis alienas miseras luctu ac lamentis prosequi vacet.

Cheremoni Diacono. 39.

Impurum ac sceleratum hominem nego, non modò de fidei doctrina, sed etiam de vlla re alia os aperire debere, quoad per synceram pœnitentiam animi maculas absterferit. Nam cùm peccatori dixerit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? multo certè ei, qui animo ita constitutus est, ac fidei dogmata perscrutari non ueretur, silentium indixit. Tanto enim dogmata iustificationibus sublimiora sunt, quanto cælum terra, & anima corpore. Quo circa cùm vitæ integritas tibi desit, de fi-

θυμῶ, τὸ λεγόμενον, εἶναι νημιζέτω, ὡς μήτε κρίσεως οὐσίας, μήτε παρηγοίας ἐφεσώσης ἢ καθαρώσεως τὰ θρόνα, καὶ ἀπὸ ἐν ἀσπλήνῃ νυκτὶ δρῶσιν ἐδρῶσιν. ὁ δ' ἀμφισβητήσιμος καὶ τοῦ ἀπίθωτος ὡς τὸς πολλοὺς χειρῶται. πολιτείας μὲν γὰρ ἀκρίβεις ὀλιγοῦσι, πλὴν δὲ γλώττιαι ὑπὸ τὸ δέον θῆγυσι, καὶ σωφροσύνης μὲν αὐτοῖς λόγος ἔδειξαι. δεῖ δὲ ἕλης ἀγανήτης, ἢ ἀλλων πινῶν φλυαροῦσιν, ἃ μήτε γνωσκόμην, μέγα πὶ εἰς σωτηρίαι σωτηλεῖ. μήτ' ἀγνοῦμην, κατὰ βλάπην τὸς μὴ πεπωδευμένοις. μαθητεύσασιν οὖν πρῶτον τὸν πατέρα ἡμῶν καὶ αὐτῶν ὁμολογούμενον τῆς κρίσεως λόγον ἀνακινεῖν, καὶ εἰς ὄρθῃ ἔχεσθαι. ἀποπώτατον γὰρ τὸ μὲν ἐν οἷς σωθεῖσιν, σωπῶν. τὰ δ' ἐν οἷς διηρέθηται, ἀνω καὶ κατω θρυλλεῖν.

Σαείνω. 4η.

Εν τοῖς κοινοῖς καὶ ἀνηκέστοις κακοῖς κληρονόμῳ ἔχει ὁ οἰκτορ. πάντες γὰρ τὰ οἰκῆα σένοντες πάθη, χολώσονται ἄγχοι τὸς πέλας ἐλεεῖν.

Χαιρήμωνι Διακόνῳ. 4θ.

Τὸν ἐναγῆ ἔφημι παρὶ δόγματων, ἀλλ' ἐδὲ παρὶ ἄλλων πινῶν χελῶσαι αἰοίγειν σῆμα, ἕως ἂν δὲ εὐλακρινῶς μετανοίας καθαρθῆι. εἰ γὰρ τῶ ἀμαρτανῶ εἶπεν ὁ θεός, Ἰναπὶ σὺ διηγῆ τὰ δειχόμενά μοι; πολλῶ μάλλον τὸν ἔγω Διακείμενος, καὶ τὰ δόγματα ἐρμῆσαι πολὺν ἔτα ἐπεσόμεσται. ποσῶτον γὰρ τὰ δόγματα τῶ δειχόμενων ἔστιν ἀνώτερον, ὅσον ἕρανος γῆς, καὶ ψυχὴ σώματος. πέπαισο τῶν τῶ βίῳ μὲν ἠτιώμενος, παρὶ δὲ δόγματων